



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Episcopo Ariminensi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

caurela inter viros & mulieres de quibus
mentio est præmissa, ut utrorumque ad al-
teros accessus haberi nequeat illicitus vel
suspectus. Illudque diligenter observa,
quod memorati viri dicuntur sub disciplina
& visitatione catholicorum pauperum per-
manfuri, ut hujusmodi disciplina & visita-
tio sane doctrinæ convenient & ecclesiastici
honestati. Datum Laterani vii. Kal.
Iunij, pontificatus nostri anno decimo-
quinto.

*E P I S C O P O , E T A B B A T I
sancti Victoris, & Cancellario Parisensi.*

*Liber. 13.
Scribitur pro
Comite Ni-
vernensi.
Vide lib. 14.
ap. 123, 126.
ib. lib. 15. ap. 18.
11.*

CVm nuper vobis contra insolentiam
nobilis viri Comitis Nivernensis Virzi-
liacense monasterium opprimentis sub cer-
ta forma direxerimus scripta nostra, dilec-
tus filius magister I. Clericus, diligens &
fidelis procurator ipsius, formam ipsam in-
telligens, gravi fuit dolore turbatus, hu-
milater nobis supplicans, cautionem quam
poterat offerendo, ut quod mandabamus in
illis de inquisitione consanguinitatis inter
eundem Comitem & Comitissam auctoritate
apostolica facienda, de litteris illis
adimere dignaremur, promittens quod
idem Comes, voluntate nostra plenius in-
tellecta, cessabit ab indebita molestatione
monasterii memorari. Quocirca difcre-
tioni vestra per apostolica scripta manda-
mus quatinus si nondum processisti ad in-
quisitionem hujusmodi faciendam, & ipse
Comes satisfecerit competenter, sufficien-
ter cavendo quod à procuracysi immode-
rantia, quam ad justum reduci mandavi-
mus moderamen, de cetero conqueseat,
vos ad inquisitionem illam minime proce-
datis. Alioquin mandatum apostolicum
exequi procuretis prout videritis expedire.
Quod si non omnes &c. tu ea, frater Epis-
cope &c. Datum Laterani iiii. Kalend.
Iunij, pontificatus nostri anno decimo-
quinto.

E P I S C O P O A R I M I N E N S I .

*Liber. 24.
Scripta Otho-
nia decemna-
trum.*

CVm ea omnia quæ Otho, non jam
nominandus Imperator, sed impius
persecutor, contra Clericos vel Ecclesiás
statuit aut statuerit, denuntiaverimus irri-
ta & inania, fraternitati tuae per apostolica
scripta mandamus quatinus si quis conce-
fione, sententia, privilegio, vel mandato
ejusdem Othonis uti voluerit in prejudi-
cium vel damnum Ecclesiæ Ravennatis,
tu ipsum ab hujusmodi præsumptione per
censuram ecclesiasticam appellatione re-
mota compescas. Datum Laterani ix.

kal. Iunij, pontificatus nostri anno deci-
moquinto,

E I D E M .

Venerabilis frater noster * Liniensis *Epist. 25.*
Episcopus nobis significare curavit *Ejusdem argu-
menti cum la-
pore.*
quod cum O. dictus Imperator propter la-
tam in se à nobis excommunicationis sen-
tentiam quasdam terras & res alias Linien-
sis episcopatus Comitibus & communi de-
castro Cario Liniensis dioecesis concessisset,
& secundum hoc privilegium suum dedis-
set eisdem, ipsi Comites & commune fa-
cientes Linensem Ecclesiam super his per
judices suos sententialiter condemnari, res
occuparunt eisdem, & distribuerunt pro
velle alias possidendas in enorme sui & Li-
niensis Ecclesiæ detrimentum. Quocirca
fraternitati tuae per apostolica scripta man-
damus quatinus quicquid occasione privi-
legiorum prædicti excommunicati noveris
attentatum in præjudicium Ecclesiæ Li-
niensis, auctoritate apostolica sublato ap-
pellationis obstaculo non differas irritare,
& ne dicti Comes & commune privilegii
ipsis utantur, eis firmiter inhibere procu-
res, contradictores, si qui fuerint, vel re-
belles per censuram ecclesiasticam appella-
tione postposita compescendo. Datum
Laterani x. Kal. Iunij, pontificatus nostri
anno decimoquinto.

*P R I O R I E T C A P I T V L O
Dominici sepulchri Ierosolymitan.*

CVm a nobis petitur &c. usque perdu-
catur effectum. Eapropter, dilecti in *Epist. 26.*
Domino filij, vestris iustis precibus grato *Confirmatur
quedam com-
positio.*
concurrentes assensu, compositionem in-
ter vos ex una parte & venerabilem fratrem
nostrum Thessalonicensem Archiepisco-
pum ex altera super Ecclesia sancti Demet-
trij Thessalonicensis amicabiliter initam,
sicut sine pravitate provide facta est & ab
utraque parte sponte recepta, auctoritate
apostolica confirmamus & praesentis scrip-
ti patrocinio communimus. Ad majorem
autem cautelam, litterarum tenorem quas
idem Archiepiscopus nobis transmisit de
verbao verbum praesenti pagina duximus
inserendum. **S A N C T I S S I M O** Patri &
Domino Innocentio Dei gratia sacrosan-
ctæ & universalis Ecclesiæ summo Pontifi-
ci G. ejusdem patientia & vestra Thessalo-
nicensis Ecclesia minister, licet indignus,
se ipsum ad pedes cum obedientia filiali.
Cum propter schismaticam inobedientiam
summi Regis vindicta terram Græcorum
correctionis funiculo flagellasset, & ipsam *